

AZOARA. SECUNDO.

GENTE. PRETERITA. DEUS.

nequaquam opera uestra nec a uobis sua exiget

<sup>1. no. fret</sup> querens cur mala gens primum orationis orientem

<sup>1. no. ca. Iputat mala sicut christiani di. Orant.</sup> dereliquerit. Cum ipse sit oriens &

occidens omnis. quos libet electos suos ad se ducentis.

Tibi tam nunc huc nunc illuc aspicienti, tuisque ad notitiam

meorum priorum, qui sunt mediatores gentium testes

suum prophetam proprium habentes, orationis locum

ueracem & idoneum deo testificante uidetur, uersus Me-

cham, templique sui medium, quod Abraam primo funda-

uit firmabo. quo semper ubicunque fueris faciem tuam

orando intem ne redamnent accusent uel alii quod mali. Et

si legum populus illam partem orandi renuerit, tu ne

sequaris eum. hoc etenim agens iam ueraci notitia

tibi monstrata malis connumerabis. ipsi tamen filii que

sui ueritatem agnoscunt, licet eorum plerique negent.

Cauendum quoque ne sis eorum imitator, qui nunc affir-

mant nunc negant, Omnis tamen orans uersus quam

libet partem querendo quod est optimum deum exaudi-

torum promerebitur. huiusmodi & ueracissimus orationis

aspectus uersus centrum templi Meche uertendus est deo

teste ut intem meum quidem fructificet uerbum. tuque bona

sectam exequaris, me solum time. Vosque similiter omnes

quibus de uobis met ipsis prophetam excitauit quod uobis dicen-

da gerendaque prius uestre non subiecta perire monstrat.

**U**t uos ad uocem. meum nomen inuocate grates referendo.

nequaquam negando. Bonisque sibi per abstinentiam patiamur

orationes prodesse uelint. huiusmodi namque uiris deus in-

habitat. illis propitius. suam concedens gratiam. Patien-

ter enim colligentes mandatum timoris & famis ac de-

trimenti uite pecunieque & arborum gaudium metent;